

ANICII MANLII SEVERINI BOETHII

ITEM EIUSDEM

AD EUNDEM

QUOMODO SUBSTANTIAE IN EO QUOD
SINT BONAE SINT CUM NON SINT
SUBSTANTIALIA BONA

ANICIO MANLIO SEVERINO BOECIO

DEL MISMO

AL MISMO

COMO LAS SUBSTANCIAS EN VIRTUD DE SU
EXISTENCIA SON BUENAS NO SIENDO
BIENES SUBSTANCIALES

Postulas, ut ex Hebdomadibus nostris eius quaestionis obscuritatem quae continet modum quo substantiae in eo quod sint bonae sint, cum non sint substantialia bona, digeram et paulo euidentius monstrem; idque (5) eo dicis esse faciendum, quod non sit omnibus notum iter huiusmodi scriptio. Tuus uero testis ipse sum quam haec uiuaciter fueris ante complexus. Hebdomadas uero ego mihi ipse commentor potiusque ad memoriam meam speculata conseruo quam cuiquam (10) participo quorum lasciuia ac patulantia nihil a ioco risuque patitur esse seiunctum.¹ Prohinc tu ne sis obscuritatibus breuitatis aduersus, quae cum sint arcani fida custodia tum id habent commodi, quod cum his solis qui digni sunt conloquuntur. Ut igitur (15) in mathematica fieri solet ceterisque etiam disciplinis, praeposui terminos regulasque quibus cuncta quae sequuntur efficiam.

I. Communis animi conceptio est enuntiatio quam quisque probat auditam. Harum duplex modus est. (20) Nam una ita communis est, ut omnium sit hominum, ueluti si hanc proponas: "Si duobus aequalibus aequalia auferas, quae relinquuntur aequalia esse", nullus id intellegens neget. Alia uero est doctorum tantum, quae tamen ex talibus communis animi (25) conceptionibus uenit, ut est: "Quae incorporalia sunt, in loco non esse", et cetera; quae non uulgus sed docti comprobant.

II. Diuersum est esse et id quod est; ipsum enim esse nondum est, at uero quod est accepta essendi (30) forma est atque consistit.

III. Quod est participare aliquo potest, sed ipsum esse nullo modo aliquo participat. Fit enim participatio cum aliquid iam est; est autem aliquid, cum esse susceperit.

(35) IV. Id quod est habere aliquid praeterquam quod ipsum est potest; ipsum uero esse nihil aliud praeter se haber admixtum.

V. Diuersum est tantum esse aliquid et esse aliquid in eo quod est; illic enim accidens hic (40) substantia significatur.

VI. Omne quod est² participat eo quod est esse ut sit; alio uero participat ut aliquid sit. Ac per hoc id quod est participat eo quod est esse ut sit; est uero ut participet alio quolibet.

¹ seinet *Rand*; coniunct, *codd. opt.*; disiunct. *vulg. Vallinus*.

² est *codd. inferiores*; *om. codd. opt.*

A propósito de mis Hebdómadas, me pides que establezca y presente con mayor claridad la dificultad en torno a la cuestión de cómo las sustancias pueden ser buenas, en virtud de su existencia, sin ser bienes sustanciales; insinúas que debe acometerse tal empeño, ya que el camino seguido en ese tratado no aparece despejado para todos. Yo, sin embargo, doy fe de que tú captaste su contenido vivamente. Pero considero seriamente conmigo las Hebdómadas y prefiero guardar en mi memoria el fruto de mis especulaciones antes que hacer partícipes de ello a quienes por su lascivia y petulancia no son capaces de considerar cosa alguna, si no es en son de burla y de chanza. Por tanto, no seas adverso a las oscuridades de la brevedad, las cuales, como sean fieles custodios de lo arcano, tienen de comodidad que solamente con aquellos que son dignos entran en coloquio. Siguiendo el uso común en la exposición de la matemática y demás disciplinas, pongo a continuación los términos y reglas con los que realizaré todas las cosas que siguen.

I — Concepción del espíritu común es un enunciado que cualquiera aprueba una vez oído. Hay dos clases. Una es común de tal manera que está al alcance de todos; como la siguiente: “Si de dos cosas iguales se sustrae una cosa igual, los resultados permanecen idénticos”, nadie que la entienda, la podrá negar. La otra sólo es asequible a los más doctos, aunque procede de las mismas concepciones del espíritu común; como: “Los seres incorpóreos no están en un lugar”, etc.; las cuales aprueban los doctos, no el vulgo.

II — Ser y lo que es (ente) son diferentes; el simple ser todavía no existe, pero lo que es (ente) es y existe una vez que ha recibido la forma de existir.

III — Lo que es (ente) puede participar de alguna otra cosa; pero el simple ser no puede participar de nada. Pues la participación se realiza cuando algo es con anterioridad; pues algo es cuando ha recibido el ser.

IV — Lo que existe puede tener algo además de lo que ello es; pero el simple ser no tiene mezclado nada que sea diferente de sí mismo.

V — Es diferente ser algo solamente y ser algo subsistentemente; lo primero indica un accidente y lo segundo indica la sustancia.

VI — Todo lo que es, participa del ser subsistente para poder ser; pero para ser algo debe participar en algo diferente. Por consiguiente, lo que existe participa del ser subsistente para poder existir, pero existe a fin de participar en algo diferente.

VII — En todo ser simple se identifican el ser y lo que es (ente).

VIII — En todo ser compuesto se diferencian el ser y lo que es (ente).

IX — Toda diversidad es discorda, la semejanza atrae; y lo que siente apetencia por una cosa diferente manifiesta una naturaleza semejante a aquello por lo cual se siente atraído.

VII. (45) Omne simplex esse suum et id quod est unum habet.

VIII. Omni composito aliud est esse, aliud ipsum est.

IX. Omnis diuersas discors, similitudo uero (50) appetenda est; et quod appetit aliud, tale ipsum esse naturaliter ostenditur quale est illud hoc ipsum quod appetit.

Sufficiunt igitur quae praemisimus; a prudente uero rationis interprete suis unumquodque aptabitur (55) argumentis.

Quaestio uero huiusmodi est. Ea quae sunt bona sunt; tenet enim communis sententia doctorum omne quod est ad bonum tendere, omne autem tendit ad simile. Quae igitur ad bonum tendunt (60) bona ipsa sunt. Sed quemadmodum bona sint, inquirendum est, utrumne participatione an substantia? Si participatione, per se ipsa nullo modo bona sunt; nam quod participatione album est, per se in eo quod ipsum est album non est. Et de ceteris qualitatibus (65) eodem modo. Si igitur participatione sunt bona, ipsa per se nullo modo bona sunt: non igitur ad bonum tendunt. Sed concessum est. Non igitur participatione sunt bona sed substantia. Quorum uero substantia bona est, id quod sunt bona sunt; (70) id quod sunt autem habent ex eo quod est esse. Esse igitur ipsorum bonum est; omnium igitur rerum ipsum esse bonum est. Sed si esse bonum est, ea quae sunt in eo quod sunt bona sunt idemque illis est esse quod boni esse; substantialia igitur bona sunt, quoniam non participant bonitatem. Quod si ipsum esse in eis bonum est, non est dubium quin substantialia cum sint bona, primo sint bono similia ac per hoc ipsum bonum erunt; nihil enim illi praeter se ipsum simile est. Ex quo fit ut omnia (80) quae sunt deus sint, quod dictu nefas est. Non sunt igitur substantialia bona ac per hoc non in his est esse bonum; non sunt igitur in eo quod sunt bona. Sed nec participant bonitatem; nullo enim modo ad bonum tenderent. Nullo modo igitur sunt (85) bona.

Huic quaestioni talis poterit adhiberi solutio. Multa sunt quae cum separari actu non possunt, animo tamen et cogitatione separantur; ut cum triangulum uel cetera a subiecta materia nullus actu (90) separat, mente tamen segregans ipsum triangulum proprietatemque eius praeter materiam speculatur. Amoueamus igitur primi boni praesentiam paulisper ex animo, quod esse quidem constat idque ex omnium doctorum indoctorumque sententia barbarumque (95) gentium religionibus cognosci potest. Hoc igitur paulisper amoto ponamus omnia esse quae sunt bona atque ea consideremus quemadmodum bona esse possent, si a primo bono minime defluxissent. Hinc intueor aliud in eis esse quod bona sunt, aliud quod (100) sunt. Ponatur enim una eademque substantia bona esse alba, grauis, rotunda. Tunc aliud esset ipsa illa substantia, aliud eius rotunditas, aliud color, aliud bonitas; nam si haec singula idem essent quod ip-

Son suficientes las cosas anteriormente expuestas. El prudente intérprete de la discusión podrá acomodar convenientemente cada cosa a sus argumentos.

La cuestión consiste en lo siguiente. Las cosas que existen son buenas. Es sentencia común entre los doctores que todo lo que existe tiende hacia el bien y que todo tiende hacia lo que se le asemeja. Pero hay que inquirir en qué sentido son buenas las cosas, si lo son por participación o por sustancia. Si lo son por participación resulta que no son buenas por sí mismas; pues lo que es blanco por participación no posee en sí la blancura por el simple hecho de existir. Lo mismo debe decirse de las demás cualidades. Si las cosas son buenas por participación resulta que no son buenas por sí mismas: y por ello no tienden hacia el bien. Esto lo habíamos concedido. Entonces, resulta que no son buenas por participación sino por sustancia. Pero aquellas cosas, cuya sustancia es buena, por el hecho de ser son buenas; lo que son actualmente lo tienen por el ser que es. Su ser, pues, es bueno; así, el simple ser de todas las cosas es bueno. Pero si el ser es bueno, las cosas que son, serán buenas por el simple hecho de ser y el ser de ellas será la misma cosa que el ser del bien; son, pues, bienes sustanciales, ya que no participan de la bondad. Pues si en ellas el ser sustancial es bueno, no cabe duda que siendo bienes sustanciales, serán semejantes al primer bien y por lo tanto serán ese mismo bien; pues nada hay similar a él si no es él mismo. De donde se deduce que todas las cosas que hay son Dios, lo cual es una afirmación impía. No son pues, bienes sustanciales y por lo mismo no reside en ellas la esencia del bien. No son, pues, cosas buenas por el hecho de existir. Pero tampoco participan de la bondad; luego no tenderán hacia el bien de ninguna manera. Luego no son cosas buenas de ningún modo.

Esta cuestión admite la solución siguiente. Hay muchas cosas que no pudiéndose separar de hecho pueden, sin embargo, separarse mentalmente con el pensamiento; tal es el caso del triángulo y las demás cosas en las que resulta imposible una separación, de hecho, con respecto a la materia, y, no obstante, especulativamente la mente separa el triángulo y sus propiedades de la materia. Alejemos del espíritu momentáneamente la presencia del primer bien, cuya existencia es admitida por la sentencia de doctos e indoctos y puede ser deducida de las mismas religiones de los bárbaros y paganos. Retirado momentáneamente el primer bien, supongamos que todas las cosas que hay son buenas y consideremos de qué manera podrían ser buenas, si no tuvieran su origen en el primer bien. Entonces, tengo la intuición de que en ellas la bondad y lo que son (existencia) son diferentes. Supongamos que una y la misma sustancia es buena, blanca, pesada y redonda. Entonces serían cosas diferentes la sustancia misma, la redondez, el color y la bondad; pues si cada una de esas cosas se indentificara con la sustancia, el peso, el color y el bien serían la misma cosa, y lo mismo ocurriría con el bien y el peso, lo cual no lo permite la naturaleza. En cuyo caso sería una cosa el ser, otra cosa diferente el ser algo (la cualidad) y serían cosas buenas, pero su simple ser no sería bueno. Pero si existiesen realmente, de cualquier modo que ello fuera, no procederían del bien, ni serían cosas buenas, ni se identi-

sa substantia, idem esset grauitas quod color, quod (105) bonum et bonum quod grauitas —quod fieri natura non sinit. Aliud igitur tunc in eis esset esse, aliud aliquid esse, ac tunc bona quidem essent, esse tamen ipsum minime haberent bonum. Igitur si ullo modo essent, non a bono ac bona essent ac non idem (110) essent quod bona, sed eis aliud esset esse aliud bonis esse. Quod si nihil omnino aliud essent nisi bona neque grauia neque colorata neque spatii dimensione distenta nec ulla in eis qualitas esset, nisi tantum bona essent, tunc non res sed rerum uideretur esse (115) pricipium nec potius uiderentur, sed uiderentur; unum enim solumque est huiusmodi, quod tantum bonum aliudque nihil sit. Quae quoniam non sunt simplicia, nec esse omnino poterant, nisi ea id quod solum bonum est esse uoluisset. Idcirco quoniam (120) esse eorum a boni uoluntate defluxit, bona esse dicuntur. Primum enim bonum, quoniam est, in eo quod est bonum est; secundum uero bonum, quoniam ex eo fluxit cuius ipsum esse bonum est, ipsum quoque bonum est. Sed ipsum esse omnium rerum ex eo (125) fluxit quod est primum bonum et quod bonum tale est ut recte dicatur in eo quod est esse bonum. Ipsum igitur eorum esse bonum est; tunc enim in eo.

Qua in re soluta quaestio est. Idcirco licet in eo quod sint bona sint, non sunt tamen similia (130) primo bono, quoniam non quoquo modo sint res, ipsum esse earum bonum est, sed quoniam non potest esse ipsum esse rerum, nisi a primo esse deflexerit. id est bono; idcirco ipsum esse bonum est nec est simile ei a quo est. Illud enim quoquo modo (135) sit bonum est in eo quod est; non enim aliud est praeterquam bonum. Hoc autem nisi ab illo esset, bonum fortasse esse posset, sed bonum in eo quod est esse non posset. Tunc enim participaret forsitan bono; ipsum uero esse quod non haberent a bono, (140) bonum habere non possent. Igitur sublato ab his bono primo mente et cogitatione, ista licet essent bona, tamen in eo quod essent bona esse non possent, et quoniam actu non potuere existere, nisi illud ea quod uere bonum est produxisset, idcirco et esse (145) eorum bonum est et non est simile substantiali bono id quod ab eo fluxit; et nisi ab eo fluxissent, licet essent bona, tamen in eo quod sunt bona esse non possent, quoniam et praeter bonum et non ex bono essent, cum illud ipsum bonum primum est et ipsum (150) esse sit et ipsum bonum et ipsum esse bonum. At non etiam alba in eo quod sunt alba esse oportebit ea quae alba sunt, quoniam ex uoluntate dei fluxerunt ut essen, alba minime. Aliud est enim esse, aliud albis esse; hoc ideo, quoniam qui ea ut essent effecit (155) bonus quidem est, minime uero albus. Uoluntatem igitur boni comitatum est ut essent bona in eo quod sunt; uoluntatem uero non albi non est comitata talis eius quod est proprietas ut esset album in eo quod est; neque enim ex albi uoluntate deflexerunt. (160) Itaque quia uoluit esse ea alba qui erat non albus, sunt alba tantum; quia uero uoluit ea esse bona qui erat bonus, sunt bona in eo quod sunt. Secundum hanc igitur rationem cuncta oportet esse iusta, quoniam ipse iustus est qui ea esse uoluit? Ne hoc (165) quidem. Nam bo-

ficarían con el bien, sino que en ellas el ser y la bondad serían cosas diferentes. Y si no fueren más que cosas buenas y no pesadas, ni coloradas, ni dotadas de dimensión espacial, ni tuvieren ninguna otra cualidad, sino que sólo fueren buenas, entonces ellas, o más bien eso, no parecería que son cosas sino principio de cosas; ya que hay una sola cosa que es solamente bien y no es ninguna otra cosa. Pero como aquellas no son simples no podrían tampoco existir de ningún modo a no ser que aquello que es el solo bien quisiese ser esas cosas. Por eso como su ser se ha derivado de la voluntad del bien, se dice de ellas que son cosas buenas. Pues el primer bien por el hecho de ser es bueno; mas el bien segundo, asimismo, es bien ya que se deriva de aquel cuyo simple ser es bueno. Pero el simple ser de todas las cosas deriva del primer bien el cual es de tal manera que puede decirse rectamente que en él el ser y la bondad son lo mismo. El simple ser de las cosas es bueno; y por ello reside en él.

Y con esto queda resuelta la cuestión. Por esta razón, pues, aunque las cosas sean buenas por el simple hecho de existir, no son, sin embargo, semejantes al primer bien, porque su ser sustancial no es bueno, en todas las circunstancias en que puedan existir las cosas, sino que su simple ser no puede existir si no se deriva del primer ser, que es el primer bien; por eso su simple ser es bueno, aunque no es semejante, sin embargo, a aquel de donde procede. Pues, el primer bien, con independencia de toda condición, es bien por el simple hecho de existir; ya que no es ninguna otra cosa más que bien. Pero éste (el bien segundo) si tiene un origen diferente de aquel, tal vez podría ser bien por el simple hecho de existir. En cuyo caso tal vez podría participar del bien; pero su simple ser, al no derivarse del primer bien, no podría tener el bien. Por consiguiente, si separamos con la mente y el pensamiento el primer bien de esas cosas, aunque éstas fueran buenas, no podrían ser buenas por el simple hecho de existir, y por lo mismo no podrían existir de hecho a no ser que el bien verdadero las hubiera producido, y por ello su ser es bueno y, sin embargo, no es semejantes al bien sustancial aquello que de él se ha derivado. Y si no tuvieren su origen en él aunque fuesen buenas no podrían, sin embargo, ser buenas por el simple hecho de existir, porque serían al margen del bien y no derivarían del bien, ya que aquel simple bien es el primer bien, y es el simple ser y el simple bien y el simple ser bueno. Pero no es necesario advertir que las cosas blancas no son blancas por el simple hecho de existir, ya que tuvieron su origen en la voluntad de Dios para ser, no para ser blancas. Una cosa es ser y otra cosa ser blanco; y ello porque aquél que les dio el ser, es bueno pero no blanco. Está pues, de acuerdo con la voluntad del bien que sean buenas las cosas por el simple hecho de existir; pero no está de acuerdo con la voluntad de quien no es blanco que una cosa tenga una cierta propiedad que la haga blanca en virtud de su ser, ya que no fue la voluntad de quien es blanco la que les dio el ser. Y son blancas simplemente porque quiso que lo fuesen quien no era blanco. Pero son buenas por el simple hecho de existir porque quiso, el que es bueno, que fuesen buenas. Se seguirá de este razonamiento que todas las cosas deben ser justas porque es justo el que quiso que fueran? Ciertamente que no. Pues el ser bueno hace relación a la esencia y el ser justo a la operación. El ser y el obrar son la misma cosa en él; y por consiguiente, son también la misma cosa ser

num esse essentiam, iustum uero esse actum respicit. Idem autem est in eo esse quod agere; idem igitur bonum esse quod iustum. Nobis uero non est idem esse quod agere; non enim simplices sumus. Non est igitur nobis idem bonis (170) esse quod iustis, sed idem nobis est esse omnibus in eo quod sumus. Bona igitur omnia sunt, non etiam iusta. Amplius bonum quidem generale est, iustum uero speciale nec species descendit in omnia. Idcirco alia quidem iusta alia aliud omnia bona.

bueno y ser justo. Pero en nosotros el ser y el obrar no son la misma cosa; pues no somos simples. Así, la bondad y la justicia no son lo mismo para nosotros, pero para todos nosotros no es lo mismo ser por el hecho de que somos. Todas las cosas, pues, son buenas pero no justas. Además, el bien es algo general, pero lo justo es algo especial y esta especie no descende a todas las cosas. Así pues, unas cosas son justas, otras son además algo diferente, pero todas las cosas son buenas.